



17

1775, 31.

QVAESTIO
 IVRIS CONTROVERSI
 AN
 REI LEGATAE ADEMTIO FIAT
 DATIONE ILLIVS IN DOTEM

QVAM
 ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
 PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISVVRGENS.

SOCIO

IN AVDITORIO IVRIDICO

DIE XIII. DECEMBR. ANNO MDCCCLXXV.

DEFENDET

IO. ANTONIVS ERNESTVS SCHELLHASS

QVEKVRTH.

182. 8

LIPSAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



QUESTIO
LIVIS CONTROVERSI
AN
REI LEGATAR ADMISSIO IURE
DATIONE LIVIS IN DOTEM
EVAH
LIVIS IURE ORIGINIS EXISTIT
T R A S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREYNING
PENSATIONE IURE IURE
ET SOCIETATE IURE
S O C I O
I N A D D I T O R I O I V L I D I O
S I E K I L L E G E M I T A M E O C I S C I C A X X
D E R E N D E T
I O A N T O N I U S E R N E S T U S S C H E L L H A S S
Q U A E S T I O N E

125
B





AN
REILEGATAE ADEMTIO FIAT
DATIONE ILLIVS IN DOTEM

§. 1.

Controversum est quondam inter Glossatores, ut apparet ex IASONE et ALEXANDRO quos in hanc rem allegat Scipio GENTILIS in *Lib. de Donat. inter Vir. et Vxor. L. III. cap. XIII.* An, si mulier rebus a se legatis postea nubens omnia sua bona in dotem det, reuocasse legatum intelligi debeat. Variis argumentis haec controversia agitata est, nec non distinctionibus adpositis. Nos quidem

A 2

huic



huic liti non immisceamus, ne Glossatorum autoritate vtamur, magis, quae nobis in specie, super qua consulti, videntur, proponamus. Videlicet Sempronia morti vicina testamentum condit interque alia ita disposuit. Scio do lego villam meam in illo pago sitam. At salubri postea Medicorum consilio et auxilio restituta breui post nubet Caio, cui et aedem in vrbe sitam et supra nominatam villam interpositis dotalibus pactis in dotem dat. Post biennium a quo Caii vxor facta Sempronia pariens perit eiusque adhuc extantes reperiuntur testamenti tabulae, in quibus, qui postea maritus factus erat, Caius heres institutus erat. Vindicat Seius legatarius villam legatam, negat maritus heres, et querebatur: *an data in dotem villa legatum sit ademptum.* Hanc itaque speciem examinabimus.

§. II.

ALEXANDRO quique cum eo faciunt in dotem data res antea legata haud videtur adempta. Forsan argumento esse posset, quod dotis datio reuocabile tantum dominium in maritum transferat, quod morte vxoris desinat et dos ad heredem redeat. Exitum itaque habere posset voluntas vltima testatrix et, sic absque alterius laesione legatum praestari. Dein cum is qui maritus antea, nunc heres testatus vxoris existit, eo magis videtur obligatus ad vltimam voluntatem adimplendam testatrix in soluendis legatis. Tandem praesumptio oritur ex eo; quod vltima defunctae superest voluntas, vt exinde conici possit, voluisse, vt haec adhuc sua adimpleatur vltima voluntas, quam si amplius valere nolisset, facili negotio lacerando, comburendo aliove modo rumpe-re potuisset.

§. III.



§. III.

Sed his argumentis non commoueor, vt huic sententiae adstipularer. Quamuis enim tabulae testamenti extent, vt propterea successioni testamentariae locus sit, exinde non sequitur, omnia ea praestanda esse ab herede, quae in his testamenti tabulis continentur, quotiens de mutata testatoris voluntate constat. Neque mariti heredis scripti maior erit obligatio et fortior, quam quantum testatrix voluit. Vbi ergo voluntatis mutatio post testamentum conditum apparet, saluis in reliquis testamenti tabulis, legati praestatio cessabit.

§. IV.

At aliud sedet argumentum. Verum quidem est, alienationem rei inuoluere legati ademptionem, at non omnem alienationem, sed eam, quae ex necessitate suscipitur. Testatur *MODESTINVS* in *L. 18. 7. de adimend. vel transf. legat.* in verbis: vt, si necessitate donauerit legatum debeat, si nuda voluntate non debeat. Equidem in donatione hanc distinctionem existere posse negat ex ratione sat iusta, quippe donatio ex liberalitate fit, quae nullam habere debet causam, seu vt *Modestinus* exprimit: cum nemo in necessitatibus liberis existat, in aliis tamen alienationibus hanc diuersitatem causae alienandi existere, et hinc in hoc iure applicari posse, nemo negabit. Iam vero constat, dotis causam Romano iure esse necessariam. Patet ex *PAVLO* in *L. 2. 7. de Iur. dot.* scribente; Reipublice interest, mulieres dotes saluas habere, propter quas nubere possunt. Hinc necessitas dotandi adeo lege imposta parenti, vt testatur *MARCIVS* in *L. 19. 7. de Rit. Nupt. Capite*, inquit, *trigesimo quinto legis Iuliae:*



Italiae: qua liberos, quos habent in potestate, iniuria prohibuerint ducere uxores, vel nubere, vel qui DOTE M DARE NON VOLVNT, ex Constitutione Diuorum Seueri et Antonini per Proconsules praesidesque prouinciarum COGVNTVR in matrimonium collocare et DOTARE. Vbi itaque dotis causa ex Iure ipso necessitatem in se habet, videtur in dotem datio rei alicuius necessariam alienationem inuoluere, qua existente legatum deberi Modestinus pronunciauerat.

§. V.

Quidquid vero sit, argumenti huius vis tanta non videtur, vt eidem in totum adsentiar. Dabo, Romanis dotes necessarias visas in matrimonio legitimo seu connubio contrahendo ita, vt nonnunquam indotatum matrimonium cum concubinato comparauerint. At cum populis Germaniae antiquis plane nulla dos romana cognita, eaque demum in Italia ipsis innotuerit opibusque eorum auctis imitauerint hunc dotem dandi accipiendique morem in Germania, nunquam a popularibus approbata est illa Romanorum opinio, qua cum concubinato comparabant indotatum matrimonium. Hinc nostratibus nunquam necessaria visa fuit dos, sed *voluntaria*, quare ex omnium opinione magis in usufructum data bona nostratibus videntur, quam in dotem. Cessabit itaque argumenti vis a necessitate alienationis desumpti. Neque obstat, quod et hodie patri necessitatem imponant dotandi filiam; tamen haec opinio analogiae nostrorum temporum aduersari videtur, quare etiam *DE CISIO Elect. nouiss. de A. 1746. XXIX.* patrem a dotandi necessitate absoluit, nisi expresse promiserit. Praeterea etsi quidem dotandi officium imo ipsa dos necessaria esset

set

✠ ✠ ✠

7

set in matrimonio; tamen illa necessitas in obiecto, quod datum est, non querenda. Poterat enim vxor et aliam rem siue mobilem, siue immobilem in dotem, dare. Satis erat dedisse dotem, quamuis villa data non sit. Quodsi ergo legatarius necessitatem adfirmet, cum in dando electio rei deprehendatur, adfirmabit nullam aliam in bonis habuisse rem, quam in dotem dare potuisset, vt villa necessario danda fuisset. Si ergo heres probabit alia praeter villam adfuisse bona, siue mobilia, siue immobilia, quae in dotem dare potuisset, voluntariam probabit alienationem. Sed haec si dotis datio necessaria. Secus ergo: si et sine dote valet matrimonium, quippe tunc usufructuario iure vxor marito inferre poterat, dicunt in foro inter *parapherna*, quippe hoc iure saluum fuisset legatum. Dando itaque in dotem voluntarie, alienauit sicque ademptum videtur legatum.

§. VI.

Dein exemplum est apud PAPINIANVM in L. 24. §. 2. *ii. de adim. vel transf. legat.* Scribit: *Pater hortos instructos filiae legauit: postea quaedam ex mancipiis hortorum vxori donauit. Siue donationes confirmauit, siue non confirmauit: posterior voluntas filiae legato potior erit, sed etsi non valeat donatio, tamen minuisse filiae legatum pater intelligitur.* Pater ex hoc capite, donationem rei legatae, licet donatio nulla sit, tamen ademptionem legati efficere: causa quaerenda in eo, quod ex facto donationis appareat voluntatis immutatio, quae ad ademptionem sufficit. Infero itaque: Si donatio, quae nulla est, qualis est, quae a marito vxori sit, ob legis prohibitionem, tamen tanquam alienatio infert voluntatis immutationem ad adimendum legatum sufficientem, cur non datio in dotem eundem producat effectum, in qua datione



tione dominium vere ab vxore ad maritum venit. PAV-
 LVS in *L. 7. §. 3. π. de Iur. dot.* expresse adfirmat: *si res in*
dotem dentur, in bonis mariti fieri. Si in bonis mariti fiunt
 datione in dotem, haud amplius possunt esse in bonis et
 dominio coniugis. Fit ergo vera alienatio. Quare et Im-
 perator IVSTINIANVS in *Proem. 1. Quib. alien. lic. vel non. ex-*
pressè ait: Quidam rerum sunt domini et tamen alienare non pos-
sunt, utpote maritus in fundo dotali. Si itaque maritus do-
 tis dominus, vera alienatio facta, et cum, ea, vt supra mo-
 nitum, voluntaria, nullum superest dubium, legatum adem-
 tum videri, cum sola immutatio voluntatis ad adimendum
 sufficiat, neque ius legatarius ex legato acquirebat per te-
 stamentum, vt mutare voluntatem testatrix haud posset.



Leipzig, Diss., 1775 A17

ULB Halle
003 719 030


3



SB

1775





17

1775, 31.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN
REI LEGATAE ADEMTIO FIAT
DATIONE ILLIVS IN DOTEM

QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRGENS.

182. 281

SOCIO
IN AVDTORIO IVRIDICO
DIE XIII. DECEMBR. ANNO MDCCCLXXV.
DEFENDET
IO. ANTONIVS ERNESTVS SCHELLHASS
QVERFVRTH.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

